Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Quare Pape ac Discipulorum eius libri a Doctore Martino Luthero combusti sint. : Ostendant etiam ipsi quare Doctoris Martini libros combusserint.

https://hdl.handle.net/1874/428931

# Quare Pape ac Diſcipulorum eius libri a Doctore Martino Luthero combuſti ſint.

Oſtēdant etiam ipſi quare Doctoris Martini libros combuſſerint

Wittenberge. M.D.XX.

Jheſus.

Omnibus amatoꝛibus Chriſtiane veritatis: grã ⁊ pax a deo

Ego Martinus Luther: vocatus ſacre ſcripture Doctoꝛ: Auguſtinian⁹ Wittenberge. notũ vniuerſis facio: me cõſcio/cõſulẽte/cooperãteq̃ʒ Die tune poſt feſtũ diui Nicolai Anno. M. D. XX cõbuſtos eſſe libꝛos Romani Pontificis: ac aliquoꝝ diſcipuloꝝ eius. Si ergo quiſq̃ (quemadmodũ futuros reoꝛ) admirabũdus iterrogarit: qua cauſa cuiuſve id effecerim iuſſu: hoc ex me reſponſi habeat modo

Principio Veteꝝ hic tradit⁹ mos ẽ: venenatos maloſq̃ʒ libꝛos ignib⁹ contradere/quemadmodũ in actis apoſtolicis legimus xix. cũ quinquaginta miliũ denarioꝝ precij libꝛos cõbuſſiſſerit Pauli ſecuti preceptionẽ

Secũdo Ad hoc/indign⁹ licet baptiſatus tñ Chꝛiſtianus ſum. adiuratus etiã ſacre ſcꝑture Doctoꝛ/vltra id Contionatoꝛ quotidianus. cui⁹ nomen/ſtatus iuramẽtũ/offitiũq̃ʒ exigunt. falſas seductiaſ impiaſq̃ʒ diſcipl as extirpare: aut ſaltẽ pꝛohibere Et licet multos adhuc ſimilis cõplexa neceſſitas fuerit: qui tñ idipſum vel uoluerũt vel nõ potuerũt efficere vel ignoꝛãtia foꝛte: vel imbecilli timoꝛe obſtanti. Eſſez nequaq̃ʒ tñ hac re extra culpã ego. ſi ꝯſciẽtia egregie inſtituta inſtructaq̃ʒ: ac foꝛtiter ſatis dei grã excitato aĩo: cuiuſq̃ʒ exẽplũ me moꝛari ſinerẽ.

Tercio Neq̃ʒ tñ hoc facinus aggreſſus fuiſſe vnq̃/ſi experiri videreq̃ʒ cõtigiſſet Papã ipm̃ ac ipſos Papiſtas ſeductoꝛes nedũ errare ⁊ ſeducere. Vex poſt multas fruſtra a me admonitiones inſtructioneſq̃ʒ factas: in impijs eoꝝ erroꝛibus/ aĩaꝝ etiã perditionibus adeo ⁊ obſtupuiſſe ⁊ occaluiſſe. vt non ſolũ nõ doceri ſinant ſeſe: veꝝ precipites obturatis auribus excecatiſq̃ʒ oculis/euãgelica doctria dãnata ac ignib⁹ tradita/ſua Antichꝛiſtiana diabolicaq̃ʒ dogmata ⁊ ꝯfirment ⁊ ſuſtentẽt

Quarto Induci non poſſũ vt credã Ipſius Leonis Decimi (Leonis perſonã puto) iuſſu hoc factũ eſſe/niſi id certi⁹ cognouero. Iñ et ipſi ſpero hos a me exuſtos libꝛos/licet ſuoꝝ predeceſſoꝝ non placere nec cordi eſſe: ⁊ ſi placeant iuxta eſtimo.

Scio etiã a certis habeo authoꝛibus Colonienſes ac Louaniẽ

ſes/qui ad id vt meos exurerent libros pre ſe ferunt habuiſſe ſe Ceſaree Maieſtatis ꝯſenſum ac mandatum veritati parcere qñ id eſtimationis multoꝝ aureoꝝ milium douis ab ipſis preſe-cris coemerunt

Quinto Cum modo per eoꝝ hanc libroꝝ exuſtionē/veritati non parua exoriatur Detrimētum ipſaqꝫ ſimplex plebecula of-fenſionē hinc concipere poſſit in multaꝝ animaꝝ interitū. Ego inſtinctu ſpiritus (quēadmodum ſpero) ad confirmandā ſuſten-tandāqꝫ tam aduerſarioꝝ contra libros exuſſi ipſoꝝ/deſperata penitus conuerſione. Quare nemo ſit quē moueant exuſtoꝝ a me libroꝝ excellentes tituli nomen ac fama Pontificij ſtatus/ Canoniciqꝫ iuris longeui vſus Sed prius audiat ac intueatur que in his libris Papa ſuos doceat/et que in hoc tā ſancto ſpi-rituali iure venenata abominandaqꝫ contineantur dogmata. Et quid nos in hanc vſqꝫ lucē adorauerimus veritatis loco. Ac tum libere iudicet/an iure aut iniuria hos libros cōbuſſerim

## Articuli z errores Canonici iuris et Papalium libroꝝ quare merito cōburendi vitandiqꝫ veniunt

### Primus

Papa et ſui non tenentur preceptis diuinis ſubeſſe ac parere.

Hanc abominandā doctrinā ſcribit in Capitulo Solite. de Maioritate z obediencia: vbi ſancti Petri verbum cū inquit ſubditi eſtote ōni poteſtati. ita interpretatur Sanctum Pe-trum nec ſe nec ſuos ſucceſſores hoc eſt ſacerdotes ſed ſubiectos alios exiſtimaſſe.

### Secundus.

Non eſt preceptum ſed conſilium. S. Petri/vbi docet omēs Chriſtianos ſubiectos regibus/eſſe debere ibidem.

### Tercius

Solem ſignificare papalē Lunam mundanā poteſtatem inter Chriſtianos docet ibidem.

### Quartus.

Papa et ſua ſedes/non tenentur ſubeſſe Chriſtianis concilijs et ordinationibus. c. Significaſti. de Electi.

### Quintus.

Papa habet in pectore ſuo plenam poteſtatē ſuper omnia iura in Prologo ſexti

¶ Sextus.
Ex hoc ſequitur papam poteſtatē habere Concilia omnia ac
ordinationes vniuerſas abrogare/mutare/ꝛ ponere quēadmo-
dum agit quottidie: qua re neqꝫ poteſtas vlla nec vtilitas ipſis
remanet Concilijs ordinationibuſqꝫ Chriſtianis

¶ Septimus
Papa iūs habet exigere iuramenta ꝛ obedientiā ab epiſcopis
pro ipſorū pallijs. c. Significaſti. contra illud Gratis accepi-
ſtis gratis date

¶ Octauus
Si qn̄ tante prauitatis papa exiſteret: ac ſecum infinitā homi-
nū multitudinē cateruatim ad inferos pertraheret ab nullo ta-
men mortaliū caſtigari poterit. xl. c. Si papa

¶ Hic articulus etiā ſolus ſatis efficacē cauſam preſtaret abolen-
di ignibus omnes pape libros: quid queſo diabolici impietatiſ-
qꝫ audeant iſti: qui has res tam abominandas impudenti adeo
fronte: et ſeruant et precipiunt? Reſpice precor o Chriſtianum
pectus: quid te canonicum hoc ſpiritaleqꝫ ius doceat

¶ Nonus.
Poſt ipſum ſtatim deū totius Chriſtiane religionis ſalus in
Ponti. Rom. ſita eſt ibidē Contra illud Credo eccleſiā ſan-
ctam. ꝛc. ita cogerentur Chriſtiani omnes interire/quoties ma-
lum contingeret eſſe Pontificem.

¶ Decimus.
Papam nemo iudicare poteſt ſuper terram: nemo etiam eius
iudicare iudicium Uerum ipſius eſt omnes homines ſuper ter-
ram iudicare. ix. q. iij. c. Cuncta.

¶ Hic articulus caput eſt: qui vt oīo figeret radices per multa ſe-
quentia capitula/ac totum deinceps canonici iuris corpus ſub-
inde adductus/vt facile appareat: ſolum ob id conditum canoni-
cum ius eſſe: vt pontifex libere queat agere/omitteretqꝫ quod
liberet/ac facultatem peccandi dare/ac bonis operibus ponere
obicē. Si incōcuſſus hic ſtat articulus/ruit cū verbo ſuo Chri-
ſtus. Sin vo non ſtat totū pontificiū ius cū ipſo pōtifice ac ſua
ſede preceps cadit. Uerum mō conſtare nullo pacto poteſt: qꝛ
iubet Petrus. i. pe. v. Omnes inuicē humilitatē inſinuate. Et
Paulus Roma. xij. Honore inuicē preuenie̅tes. Et Chriſtꝰ
ipſe ſepe ait Qui vult maior eſſe inter vos/ſit minimus omniū.

Hinc eſt q̄ Paulus reſtitit Petro in facie; Gala.ij. q̄ nō rē-
cte ambularet ad veritatē Euangelij. et Act. viij. vbi Petrus
cum Joanne ab alijs mittantur apoſtolis/veluti ſubditi eis.
Quare neq; eſt neq; eſſe verū poteſt: Pontificē nullius ſubie-
ctum iudicio eſſe. imo ſubiectus ōnibus eſſe debet ac pati iudi-
cium qn̄ inter ōnes ambit eſſe maximus. Ipſum etiā ius ponti
ficiū quoniā illud eius fundamentū inq; hoc totū verſatur/pug
nat in ōnibus eius articulis aduerſus Euangeliū Chriſti
Poterit admitti illud mundi poteſtatē obnoxiā ſubiectis eſſe
non debere Vel Chriſtus vertit illud ac mutat/inquiēs Vos
nequaq̄ eritis quales gentium principes. Voluitq; popu'i ſui
principes ōnibus ſubiectos eſſe debere: ab ōnibuſq; pati iudi-
cium Queadmodum ait Luce. xxi. Reges gentiū dominan-
tur eis: vos autē non ſic/ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut mi
nor. Quomodo mō minor eſſe poteſt ille/ qui nullius vult de
ſe pati iudicium?
Si Chriſti verbis leges (quēadmodum faciunt aliqui) pone-
re volumus: ipſum pontificē intra ſemet inq; ſuo pectore ōniū
ſe minimū debere eſtimare. vel ita ſeſe non oſtentare vulgo/co
gimur etiā affirmare in pectore ſe eſtimare oportere maximum
at non ita in plebe ſe oſtende/atq; ita contra vel vtrūq; ſeruare
corde ſpiritualiter: vel vtrūq; foris oſtendere/quo Chriſti ver
ba illeſa conſtare queant
Hic ille eſt articulus: ex quo in vniuerſum orbē malum omne
prodijt: quare ius illud canonicū ceu res venenata: iure extirpā
dum fugiendumq; venit. qm̄ ex eo ſequitur quēadmodum & ſe-
cutum palā eſt ōnibus: nulli poſſe malum prohiberi: bonū pro-
moueri nullū. atq; ita videntibus ac ſcientibus nobis/cogimur
pati cum Euangelio fidē occidere.

## Undecimus

Romana ſedes plenā dat omnibus iuribus poteſtatē: verum
nullis eorū ipſa obnoxia eſt. xxv. q. i. Hoc eſt: quicqd Papa
vult/vis ſit: neq; tn̄ quicq̄ eor ſeruare tenetur: quēadmodum
Chriſtus Mathei. xxiij. inquit de iudeorū phariſeis Alligant
onera grauia & importabilia/et imponunt in humeros hominū
digito autē ſuo nolunt ea mouere. Cōtra hoc Paulus ait Ga
la. v. Stare & nolite iterū iugo ſeruitutis contineri

## ¶ Duodecimus.

Petra ſupra quã Chriſtus Math. xvi. eccleſiã ſuam edificat vocatur Romana ſedes. Diſt. xix. cum proximis ſuis. cum tñ ſolus ipſe Chriſtus ea petra ſit. i. Cor. x.

## ¶ Decimustercius

Claues ſoli date ſunt Petro. cum tñ Math. xviij. Chriſtus eas eccleſie tradat.

## ¶ Decimusquartus.

Chriſtus tranſtulit de ſe in Petrũ ſacerdotium. De conſti. c. Tranſlato. contra quod Dauid pſal. C. ix. Et Paulus ad hebre. vij. Chriſtum ſolum eſſe ſacerdotẽ in eternum affirmat: cuius ſacerdotium nunq̃ȝ poſſit transferri

## ¶ Decimusquintus.

Papa poteſtatẽ habet condendi leges in Chriſtianã eccleſiã: xxv. q. i. ideo permittite. Contra qḋ Gala. v. loquitur Paulus Uos in libertatẽ vocati eſtis fratres.

## ¶ Decimusſextus.

Quod Chriſti verbum Quodcunqȝ ligaueris ſuper terrã ꝛc. huc contorquet: ex his poteſtatẽ habere ſe totã Chriſti eccleſias ſuis temerarijs legibꝰ poſſe degrauare Cum tñ per id nihil velit aliud: q̃ȝ peccatores ad penam ꝛ penitentiã adigẽdos: nec in totũ alios onerare innocẽtes: queadmodũ verba clare ſonãt.

## ¶ Decimuſeptimus.

Quod Papa ſub excõmunicationis ꝛ peccati pena: ſtatis diebus Chriſtianos eſu carniũ ouorum et butyri: his alijs cibis prohibet: cuius apud eum nulla poteſtas eſt. Uex eius officij tantum: amice ad id cohortari: permittereqȝ ſolidam Chriſtianis libertatem: comedendi que velint

## ¶ Decimusoctauus

Quod in vniuerſum ſacerdotibus ademit matrimonia: quare inter Chriſtianos multa peccata atqȝ ſcãdala ſine cauſa aucta ſunt: cõtra diuinum preceptum ꝛ Chriſtianam libertatẽ.

## ¶ Decimusnonus

Quod Papa Nicolaus tercius aut quartus: in Antichriſtianis ſuis Decretalibus: inter multos alios prauos articulos affirmat Chriſtum in clauibus dediſſe Petro eiuſqȝ ſucceſſoribus: poteſtatẽ celeſtis ac terreni regni. cum tñ palam ſit õnibus

quopacto Chriſtus regnūꝫ terrenū oblatum fugerit: ōnibuſqꝫ ſacerdotibus claues eſſe: nec tamen omnes, ut celeſtia terrenaqꝫ regna imperatores eſſe.

¶ Vigeſimus.

Quod ingens illud impiumqꝫ mendaciū Ceſarem Conſtantinum dediſſe Romam ſibi terras/regna/reliquamqꝫ poteſtatem mundanā verum eſſe contendit/atqꝫ exigit etiam. Contra quod Chriſt⁹ loquitur Mathei. vi. Nolite theſauriſare vobis theſauros in terra Item non poteſtis ſimul ſeruire deo et mammone.

¶ Vigeſimusprimus

Quod ſe iactat eſſe heredem Romani imperij. De ſen. et re iudi. c. Paſtoralis. quanqꝫ omnibus clarum ſit: officio ſpirituali cum mundi potentia male cōuenire. Ac Paulus iubeat Epiſcopum in dei verbo occupatum ſubſiſtere.

¶ Vigeſimusſecundus.

Quod docet equum eſſe vim vi repellere Contra et ſupra preceptum Chriſti Math. v. Ei qui vult tunicam tuam tollere dimitte ei et pallium.

¶ Vigeſimustercius.

Quod docet ſubditis licere poteſtatibus eſſe inobedientes/ſeqꝫ reges honoribus poſſe deturbare/quemadmodum in multis locis ſcribit/fecit etiā ſepe/contra et ſupra deum

¶ Vigeſimusquartus.

Quod ſue putat poteſtatis eſſe/omnia iuramenta/federa/obligationeſqꝫ inter ſublimes ac humiles ſtatus poſſe diſſoluere ſe cōtra et ſupra deum/qui iubet fidem inuicem preſtandam eſſe

¶ Vigeſimusquintus

Papam poſſe vota facta deo/adimere et mutare De voto et vo. re. quod etiam contra et ſupra deum eſt

¶ Vigeſimusſextus

Qui votum ſuum adimplere differt/auctoritate intercedente pontificis/non eſt fracti voti reus ibidem. c. non eſt vo. ti. Hoc eſt papa eſt ſupra deum.

¶ Vigeſimusſeptimus

Nemo in matrimonio ſeruire deo poteſt. Et tamen Abraham ac alij multi ſancti in matrimonio clari vixerunt.

¶ Patrimoniumqȝ ipſe inſtituit deus/ſine dubio ita rurſum ſupra deum effert ſe Antichriſtus.

## ¶ Vigeſimusoctauus.

Quod inutiles illas leges ſuas/exequat Euangelijs ac litteris ſacris: quẽadmodum in Decret. multis locis atteſtatur

## ¶ Vigeſimusnonus

In Pape poteſtate ſitum eſſe: ſacras litteras ex ſua libidine et interpretari ꝛ flectere: nulliqȝ permittere eas interpretari ſecus atqȝ ipſe velit/qua ſeſe ſupra dei verbum effert. rumpitqȝ illud et interimit. Licet Paulus dicat tamẽ .i. Cor. xiiij. ꝙ ſi aliud reuelatum fuerit ſedenti prior taceat

## ¶ Triceſimus.

Non ex ſcriptura pontificem. verum ſcripturam a pontifice authoritatem/vim/dignitatemqȝ trahere. Qui articulis caput eſt cur veluti verus Antichriſtus ab ipſo Chriſto vna cuȝ ipſa ſua curia deſtrui meruerit. veluti iã ante vaticinatus Paulus eſt.

¶ Hi ſimileſqȝ articuli (quoꝝ innumera exiſtit multitudo) directi eo omnes ſunt: vt ſupra Deum ꝛ homines papa efferatur. ipſeqȝ nulli: verum cum ipſo etiam deo Angeli eius illi obnoxij ſint: adeo vt ipſius etiam pontificis dicipuli fateri cogantur: papam rem admirabilẽ eſſe Neqȝ deum eſſe eum neqȝ hominẽ: etiam (forte ipſiſſimũ diabolum) impletur illud Pauli elogiuȝ quo inquit Reuelabitur homo peccati filius perditionis/qui aduerſatur ꝛ extollitur ſupra omne quod dicitur deus aut colitur: ipſo adiuuante malo demone. Quod vero nominat eum hominem peccati ac filium perditionis/non ſolũ ipſius exiſtimat perſonam pape: quia exigua in eo iactura fuerit Uerum quia eius domeſtica diſciplina nihil aliud ſit/ꝙ̃ ꝛ peccatum ꝛ perditio. neqȝ in aliam vllã rem preerit/ꝙ̃ vt mundum in peccatuȝ primum infernum deinde deducat Ueluti eiuſmodi articulis facile cognitum eſt/imo cõpertum experientia ab hoc põtifice preter peccatum ac perditiones emanaſſe nihil/ac emanare quotidie

Illi etiam ipſi qui canonicum illud ius tutati hucuſqȝ clam licet confeſſi tñ ſunt/meram olere ꝛ auariciam ꝛ tyrannidẽ/id quod etiam verum eſt. Et ſi quis mentiri nolit/fateatur id neceſſe eſt

Et ſi paucis cognoſcere deſyderas quid canonico illo iure contineatur: accipe

Hec ſumma ſummarum eſt
Papa in terris Deus eſt ſuper omnia
celeſtia/terreſtria/ſpiritualia/et mun
dana/omniaqz ad eum pertinent
cui nemo dicere audeat
Quid agis?

Hec eſt abominatio illa/hic fetor/quo de Chriſtus loquitur Mathei .xxiiij. Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto/que dicta eſt a Daniele propheta/qui legit intelligat. Ac ſanctus Paulus in templo dei ſedebit (hoc eſt in Chriſtianitate) oſtendens ſe tanq̄z ſit deus

Quod vero Pape aut nemo aut admodum pauci mortalium ſuam auſi ſint aperire abominationem/nemini mirum ſit/quia prophetatum eſt/ignibus traditurum omnes qui aduerſabuntur ei: habebitqz adherentes ſibi et reges et principes om̄es.

Si Antichriſti ſeductio tam eſſet aperta/vt ab omnibus noſcitaretur facile: aut tam abiecta vt non precipui in ea reges magnateſqz conſpirarent/fruſtra prophete et apoſtoli tam multa ac tam ſeuera et clamaſſent et ſcripſiſſent.

Cum in terris adhuc peregrinaretur Chriſtus/multi mortales qui et verbum eius audiuerunt/ac ſigna que faciebat viderunt/loquebantur aduerſum eos/qui illum Chriſtum eſſe negabant. Cum Chriſtus venerit nunquid plura ſigna faciet q̄z que hic facit? talis eſt modo murmur. Cum Antichriſtus venerit/nunquid plura mala facere poterit/q̄z pape familia et fecerit et quottidie agat? Credendum vtiqz non foret/ſi hoc eius regimen ex deo eſſet/tot inde animarum iacturas/tot peccatorū ſcelera prodiiſſe malum etiam demonem tanta potentia dominari in eo ſiuiſſe Nec adhuc credimus donec perditis ōnibus nobis tandem ſero hunc Antichriſtum dinoſcamus.

Veluti ab conditi eui initio/maxima ſemper mala ex optimis

emanarunt Veluti in ſupremo Angelorum choro/vbi mirabilia opera dei maxime erant/peccauit Lucifer ac damna multa fecit. ¶ In paradyſo in primo optimoqꝫ hominem maximum peccatum ac damnum euenerunt. ¶ Poſt id Gene. vi. Nati gigantes ſunt et tyranni ex nullis alijs q̄z ſanctis dei filijs. Chriſtus etiam dei filius nuſq̄z alibi crucifixus eſt/q̄z in ſancta ciuitate Hieruſalem/vbi plurimum honoratus/ac plurima etiā ſigna fecerat: nec ab vllis alijs q̄z a primoribus atqꝫ principibus ſacerdotum: doctiſſimis omnium et ſanctiſſimis. ¶ Neqꝫ Judam quemlibet oportebat abiectum confirmare ſtatum: verum quoqꝫ apoſtolicum. ¶ Hoc modo nulla in terris ciuitas eſt: que Romane vrbi in gratia ſanctorumqꝫ copia preripuerit prerogatiuam/cuiqꝫ q̄z illi plus fecerit. Quare ipſam etiam in gratiam beneficiorum veluti Hieruſalem/ipſi deo maximum damnum reddat/atqꝫ ex ſeſe in orbem rectiſſimum nocentiſſimumqꝫ Antichriſtum effundere: qui plus calamitatis edat/q̄z ex ipſa vnq̄z bone frugis Chriſtus ſeminauerit. Ita proceditur certe/oportetqꝫ hec omnia fieri ſub Chriſti ac dei nomine ac vmbra/ita vt nemo ipſum Antichriſtum cognoſcat/donec Chriſtus venerit ac illuminauerit has tenebras lumine aduentus ſui quemadmodum Paulus inquit.

¶ Horum articulorum modo ſatis ſit: ꝙ ſi quiſqꝫ ex pape neceſſarijs extiterit: qui hos articulos audeat defendere ac propugnare: ego in illo hos apertius enucleabo: ſimileſqꝫ illis magno numero producam: initium tantum hi ſint huius ſerie rei. Nam quod hucuſqꝫ factum iocus luduſqꝫ fuit in pontificia cauſa Ego in dei nomine hanc rem occepi/plenus ſpei imminere tempus: quo ipſa res ſeipſam ſine me finiat. His etiam ego comprehenſos volo omnes eos articulos qui per Antichriſti nuper a Roma Apoſtolos/in vltima bulla condemnati combuſtiqꝫ ſunt veluti Chriſtianos/totidemqꝫ articulos pape impoſitos ceu Antichriſtianos et impios/quot ipſe meorum condemnauit.

¶ Qui ipſi audet meos articulos quibus plus Euangelice doctrine ſacrarumqꝫ litterarum continetur (quod ſine iactantia vere dicere et probare volo) quam in ōnibus papiſticis libris/comburere Tunc ego multo iuſtius eorum cōbuſſero impios iuriū libros: in quibus nihil boni conſcriptum inuenitur.

¶ Et ſi boni adſit aliquid (quẽadmodum de Decretorum libris fateri cogor) tamen eo tractum eſt/ vt malum ac dãnum operetur: ipſiqꝫ pontifici vires addat in eius Antichriſtiano regimine. Huc accedit ꝙ quicquid in iis invenitur boni/non ſeruatur pre ingenti diligentia illius ſeruandi/quicquid peruerſi maliqꝫ continent.

¶ Sit ſua ſane per me cuiqꝫ eſtimatio libera/me hoc maxime mouet/pontificem nunq̃ꝫ reieciſſe quenq̃ꝫ aut ſcripturis aut rationibus/qui vel locutus contra eum/vel ſcripſit/vel egit/verum ſolũ eos ſemper violentia excommunicationis/per reges/per principes/adherenteſqꝫ alios ſibi/aut fraudibus/aut criminibus falſis oppreſſit/egit in exilium/cõbuſſit/aut alio pacto e medio ſuſtulit/de quibus cum ex omnibus hiſtoriis arguam. Noluit etiam ob id vnq̃ꝫ aut iudicium aut ſententiam iudicum pati. Verum iallauit ſeper ſe eſſe ſupra ſcripturas iudicia ac poteſtates.

¶ Modo verum hoc eſt veritatem ac iuſticiam non fugere iudicium/imo nihil amare eqꝫ atqꝫ lumen ⁊ iudicium gaudere inſpici probariqꝫ Apoſtoli act. iiij. iudicium etiam inimicis dederunt dicentes Si iuſtuꝫ eſt in conſpectu dei vos potius audire q̃ꝫ deum iudicate tam certa erat veritas. Papa autẽ obuelare omnibus oculos conatur: nemĩnẽ pati iudicare: ſed ipſe iudicare omnes: tam incertus ac timidus eſt de omnibus ſuis operibus et cauſis. Et hec eius in tenebris cõmixtura et fuga lucis in cauſa eſt: ꝙ ſi etiam ex meris compoſitus Angelis eſſet: nõ poſſem ei credere tamen. Recte quiſqꝫ odit opera tenebrarum et amat lucem ¶ A M E N

In his omnibus offero me ſtare iuri
coram omnibus hominibus

Samſon Iudicum. xv.

Sicut fecerunt mihi/ſic feci eis.

Martinus Lutherius pio lectori Salutē in Chriſto

SUper propoſitionibus tredecim reſo-lutiones meas nuper tumultuario negocio edidi: vt ferebat ⁊ tēporis ⁊ occupationum meaꝝ ratio: ita enī cogor pene imparatꝰ occurrere. Quas cum videar maiore ſtudio peti q̃z ſperaueram viſuz eſt: eas ſub incudem reuocatas augere vel emēdare ſaltē: ſi qua digniore facie in publicum venire poſſint. In qua re optime lector te primuz oro: ne ſtili mei varietatē mireris Sum plane aliq̄n ſordidior penituſq̃z mei diſſimilis/q̇ꝺ de induſtria facio: quod mihi non ſit ſpes nōis et memorie diuturne: nec tale quippiā vnꝙ̄ queſiui Sed ſicut vi in publicum tractus ſuz: ita cogito ſemper: q̃z poſſim citius redire in meum angulum. ſaluo Chriſtiano meo noie. Habere enī puto Theatruz meum ſuāz horā Poſt me alius ſequetur ſi dn̄s volet: ego tēpori meo ſatiſfeceri. Uideor ⁊ multis pa u!o durior in aduerſarios: ⁊ velut modeſtie theologice oblitns. Hic ſi qua ⁊ alia vitia mea inueniantur: non magnopere deprecor culpā: quod hoc me alia cauſa facerere non ſuz mihi cōſcius: q̃z nimio publici tedio ⁊ odio in quod me mergunt illi: plurimū mihi precioſiſſimi tēporis ſuffurātes. Deinde quod tā prefractos ⁊ obſtinatos oblatratores patior: vt e quauis ſyllaba mihi ignominiā: ſibi victoriā nois Chriſtiani: inſidioſiſſime et pertinaciſſime querant: vt malo nodo malus mihi cuneus neceſſarius videatur: quanquā videor mihi ſtomacho me multā ſemper feciſſe vim: ne facerē que poſſez. Et neſcio ſi molliter ſimul ⁊ vtiliter tangi queant: qui inueteratiſſima iā diu conſuetudine opprobandi heretici nois: ita in iudicandis alioꝝ ſcriptis obſtupuerunt ⁊ ad audiendā veritatē obduruerūt ſuiſq̃z opinionibus obſurduerunt: vt vix caduceo diuino quopiā excitari poſſe videantur. Ut id taceā q̃z intolerabile ſit: leuiter arguere eos: qui e tēplo dei ſpeluncā latronuz fecerunt: et e ſcriptura dei negotiū hoim: abominationē eaz e loco ſancto: ⁊ Chriſtus flagellis pepulit. et Paulus dure increpandos cēſuit hos vaniloquos. Nā id coguntur velint nolint confiteri: ſacras literas paſſim in vniuerſalibus ſtudijs fuiſſe neglectas penitus quā

tumnis ſeſe iactent ſcripturas intelligere religioſius humaſio
aliorum ſenſu/q̄z illorum proprio. Ego mihi nolo hanc cantari
cantilenam/nec ſaltitabo ad eam. Uolo non iudice humano die
ſcripturam/ſed ſcriptura iudice: omnium hominum ſcripta di-
cta facta intelligere. Poſtremo omnium criminū nomina mo-
deſte et patienter tuliſſe/laus eſto. At ſpolium nominis Chri-
ſtiani rapinam glorie dei/abnegationem Chriſti (quod molium-
tur qui hereticum tam facile q̄z temere pronunciant) agnouiſſe,
ac non potius vſqz ad ſanguinem omnibus viribus reclamaſſe
anathema ſit. Proinde qui me patientem deſyderant: primuz
alio q̄z heretico perſido et apoſtatico nomine criminentur: aut
quod debent/talem me eſſe prius conuincant. Neqz eniz mihi
retaliaſſe videor quenquā talium criminatorꝝ: etiam ſi ſexcentis
nominibus malis eos oneraſſem. Hereſis enī ſimilia ſibi mon-
ſtra non habet: cum ſit peccatum in ſpiritum ſctm̄. Quanquam
intutus omniū ſanctorꝝ exempla et impotentē illorꝝ animū: qui
tam celebre hoc crimen faciunt: pene mihi perſuadeo nō minus
ferendū eſſe heretici: q̄z cuiuſqz vitij opprobriuz. Quando et
Chriſtū habere demoniū Judei inſaniebant: obſequiū deo ſe
preſtare arbitrati. Uerū vtvt ſit nullius perſona vnq̄z mihi erit
odioſa: qui ſperem om̄es nos tandez pacatos in regno Chriſti
victuros in eternnū. Cauſam vero ſcripture ſancte: ſi concitati
ore zelo egero: veniā mihi ſpero iuſtā non negari: quod non poſ-
ſit eſſe par vllius leſio ſeu iniuria: cū iniuria diuine ſcripture col-
lata. Hic enī vita noſtra leditur eterna: illic putridū nomen cor-
ruptibilis hominis. Dn̄s autez ipſe Jeſus regat et ſeruet nos
om̄es, cuſtodiatqz corda et intelligentias noſtras Amen.

Uale optime lector.

1851183

& ab iniquitate quę ē in manib; eorū· Quis scit si uertat & ignoscat
dš· & reuertat a furore irę suę & ñ peribimus. Et uidit dš opera
eorū· quia conuersi sunt de uia sua mala· Et misertus ē populo suo·
dns dš nr. GRo ... oratione meam ... aurib; percipe ... uer
ba oris me
Ds in nomine tu o sal uum me fac
& in uir tute tua ... indica me·
Secdm ioh·

IN ill· Miserunt principes & pharisei ministros ut apphenderent ihm.
Dixit ergo ihs· Adhuc modicū tēpus uobiscū sū & uado ad eū qui
misit me· Queretis me & ñ inuenietis· Et ubi sū ego uos ñ potestis
uenire· Dixerunt ergo iudei ad semet ipsos· Quo hic iturus ē quia
ñ inueniemus eū· Nunquid in dispsionē gentiū iturus ē· & docturus

uehementer & necessitate compulsus tradidit eis danielem·

cere ualeamus exhibitione. P. eundē xp̄. Co. Dominus uirtutum ipse est … rex … glo… Ad co.

Sacramenti tui q̄s dn̄e participatio salutaris & purificationē nobis prebeat & medelam. P. Sup poplm.

Da q̄s dn̄e populo tuo salutē mentis & corporis ut bonis operibus inherendo tua sēp protectione defendi. P. FR IIII.

A. Expecta dominū uiriliter age & confortetur cor tuum & sustine dominū. [illegible]

Vrā tibi q̄s dn̄e sint accepta ieiunia quę nos expiando grā tua … dignos efficiant & ad remedia pducant ęterna. P. Lec. Danihelis p…

In dieb; illis Congregati sunt babilonii ad regē & dixerunt ei Trade nobis danihelē qui bel destruxit & draconē interfecit. Alioquin interficiemus te & domū tuā. Uidit ergo rex …